tantum pro illo actu; cum ibi dictum fuerit: *Mandamus, quatenus intra duodecim dies proxime computandos, etc.* Unde dicunt praefati auctores^{j)}, illud *proxime computandos* satis ostendere quod noluit S. Inquisitio obligare conscientes delinquentium in futurum; nam alias dixisset non *proxime*, sed a die scientiae. Verum Diana¹ cum Peyrino censet edictum fuisse perpetuum, et illud *proxime* intelligi revera a die scientiae delicti. — Sed advertendum quod eadem sacra Inquisitio postea, die 10 Martii anni 1677, aliud emanavit edictum (quod refert Potestas²), ut diximus, ubi imposuit quidem excommunicationem contra non denuntiantes suspectos de haeresi, sed nulla facta mentione reservationis, sic dicens: *Comandiamo... sotto pena di scomunica di lata sentenza..., che fra il termine di un mese... si debbano rivelare... al Sant' Officio, ovvero agli Ordinari, tutti e ciascuno di quelli de' quali sappiano, o abbiano avuto, o avranno notizia, che siano eretici o sospetti... di eresia³.* — Hoc posito, satis probabile videtur mihi et aliis doctis a me consultis, quod, vel primum edictum non fuerit perpetuum; vel quod verosimilius S. Inquisitio in hoc secundo edicto, sicut moderavit obligationem primi edicti denuntiandi infra duodecim dies, ampliando illam ad mensem, ita etiam

¹ Part. 4, tr. 5, resol. 41. - Laurent. de Peyrinis, tom. 2, const. 9 Pauli V, n. 27. — ² Tom. 2, n. 226. — ³ Tribun., cap. 28, n. 97. — ⁴ Tr. 4, disp. 9, punct. 10, n. 3. — ⁵ Tr. 21, cap. 4, n. 68.

Sanctarellus, *de Haeresi*, cap. 9, n. 19, a Bonacina citantur, non pro edicto S. Inquisitionis in specie, sed ut qui negent ullum textum afferri posse quo excommunicentur non denuntiantes haereticum.

j) Rectius: Bonacina.

k) Quod latine sic vertitur: «Praecipimus sub poena excommunicationis latae sententiae, ut infra mensis spatium, S. Officio vel Ordinario denuntiant eos omnes quos noverint, aut compererint, aut comperturi sint esse haereticos vel de haeresi suspectos».

^{694. - a)} Roncaglia, loc. cit., cap. 2, reg. in praxi, n. 5, scribit: «Si confessarius, ex repugnantia quam demonstrat mulier sollicitata, prudenter timeat non denuntiaturam confessarium sollicitantem, absolvere non debet antequam denunciet». — De hac re sic loquitur Instr. S. O. de die 20 Feb. 1866, n. 3: «Hujusmodi denuntiationes a nemine absque

primum edictum moderavit, auferendo reservationem ab excommunicatione. Hoc tamen semper intelligendum, si jam fuerit impleta denuntiatio.

^{694. - b)} Praenotandum 2^o cum Roncaglia^{a)}, quod, etiamsi confessarius praevideat certo sollicitatam non esse denuntiaturam, debet nihilominus monere illam de sua obligatione, et dimittere si nolit denuntiare. — Ratio, quia ipsi confessario expresse praecipitur a Pontifice in dicta bulla obligatio monendi. Et licet, generanter loquendo, cum confessarius praevideat monitionem non profuturam, eam omittere debeat; hoc tamen non currit quando agitur de vitando damno communi, ut evenit in praesenti casu (juxta dicta n. 615).

^{695. - c)} Sed quaeritur 1^o. *An teneatur denuntiare confessarium sollicitantem, qui sollicitationem nequit juridice probare?*

Negant Turrianus^{a)} et Torreblanca^{a)}. — Sed omnino affirmandum cum Bañez^{b)}, Bordono^{c)}, Palao^{d)}, etc. Et oppositum videtur expresse damnatum ex propos. 5^a proscripta ab Alexandro VII, quae dicebat: *Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse haereticum, non teneris denunciare, si probare non possis.*

An autem teneatur ad denuntiandum, non solum sollicitatus, sed etiam qui aliunde certo scit sollicitationem?

Affirmant recte Salmant.⁵ cum Trul-

Monitio
de denun-
tiatione, fa-
cienda, etsi
non sit spes
fructus.

Sollicita-
tio denun-
tianda, etsi
probari ne-
queat.

Quilibet certo sciens sollicitatio-
nem, tenetur
denun-
tiare.

lench, Diana, Palao, Suarez^{c)} et Hurtado. Et hoc, etiamsi is sit impuber, modo sit rationis compos, et sciat crimen a personis fide dignis; secus, si sciret a fide indignis vel feminis levibus^{a)}. Salmant.¹ cum Corduba, Navarro, Sayro. — Hoc autem dicendum, non jam ex bulla Gregorii, sed, ut bene advertit Mazzotta² cum Potestà^{e)} et Bonacina^{e)}, ex edicto S. Inquisitionis, ubi dicitur teneri ad denuntiandum confessarium, qui scierit vel audierit illum sollicitasse. Vide verba relata n. 680, in fine.

^{696. - d)} Quaeritur 2^o. *An sit obligatio denuntiandi sollicitantes, etiamsi crimen sit occultum?*

Negant Fagundez^{a)}, Megalius^{b)} et alii, apud Salmant.³; quia Gregorius XV in bulla mentionem facit de abusu, verbo *abutantur*, quod significat actuum frequentiam et publicitatem. — At omnino tenendum est opositionum cum Salmant.⁴, et Bañez^{c)}, Filliuccio^{d)}, Trullenche, etc., ibid., ex D. Thoma. Et recte Roncaglia^{b)} ait primam sententiam penitus esse rejiciendam; quia, licet in penalibus verba legis sint stricte interpretanda, attamen si ex stricta interpretatione lex inutilis redderetur (ut in nostro casu eveniret),

¹ Trull., Decal., lib. 1, cap. 3, dub. 18, num. 13 et 14. — ² Diana, part. 4, tr. 5, resol. 28 et 41. — ³ Palau, tr. 4, disp. 9, punct. 1, num. 10. — ⁴ Thom. Hurtad., Resol. mor., tr. 4, cap. 8, resol. 19 et 26. — ⁵ Tr. 21, cap. 4, n. 69. — ⁶ Corduba, Sum., qu. 64, cas. 6. — ⁷ Navar., Man., cap. 25, n. 46. — ⁸ Sayr., Clav., lib. 12, cap. 14, n. 83. — ⁹ Tr. 6, disp. 2, qu. 2, cap. 4, n. 6. — ¹⁰ Tr. 21, cap. 4, n. 80. — ¹¹ Loc. cit., n. 81. — ¹² Trull., Decal., lib. 1, cap. 3, dub. 18, num. 90. — ¹³ D. Thom., 2^o 2^o,

tunc verba, non stricte, sed late sunt accipienda.

^{697. - e)} Quaeritur 3^o. *An teneatur sollicitatus ad denuntiandum sollicitationem habitam a longo tempore?*

Roncaglia^{b)} ait cum Bordono, quod nunquam datur praescriptio quoad crimen haeresis; quoad alia vero, prescribitur per quinquennium actio contra reum^{a)}. Hinc dicit Roncaglia excusari a denuntiatione, qui illam per quinquennium omisit, etiam culpabiliter: nisi obstant edicta contraria dioecesana. — Sed hodie declaratum est ex Benedicto XIV (ex cito decreto *Sacramentum*) denuntiationem esse faciendam, etiamsi longum tempus post sollicitationem effluxerit.

^{698. - f)} Quaeritur 4^o. *An teneatur ad denuntiandum, qui scit sollicitationem sub secreto naturali?*

Negant Fagundez et Fragosus^{a)}, apud Salmant.⁷; quia fortior est lex naturalis quam positiva. — Sed contrarium recte tenent Palau⁸, Diana⁹; Escobar¹⁰ cum Sancio^{b)} et Gaspare Hurtado^{b)}; ac Salmant.¹¹ cum Trullenche, Leandro, etc.; quia nemo tenetur ad secretum, etiam juramento promissum, quando secretum vergit in damnum commune. Secus vero,

Denuntian-
da sollicita-
tio, etsi a
longo tem-
pore habita.

Sollicita-
tio denun-
tianda, etsi
nota sub se-
cretu natu-
rali.

Limitatio.

culpa lethali omitti possunt. Qua de re poenitentes debent admoneri, neque ab iis admonendis instruendisque eorum bona fides excusat^{a)}.

^{695. - g)} Turrianus, in 2am 2ae, tom. 1, disp. 58, dub. 3, loquitur de blasphemio occulto, et dicit probabile esse quod possit omitti ejus denuntiatio. — Torreblanca, *de Magia*, lib. 3, cap. 16, n. 26, affirmat prohibitum esse ne quis procedat aut inquirat contra peccatorem occultum.

^{h)} Bañez, in 2am 2ae, qu. 68, art. 1, coll. 3, id satis innuere videtur, dum dicit, quando praelati praecipiunt sub excommunicatione crimen aliquod denuntiari, omnes teneri illud denuntiare, qui antea licite poterant denuntiare. At in concl. 2, init. artic., negaverat teneri (quasi insinuans posse) accusare eum qui nequeat delictum sufficienter probare.

^{c)} Suarez male citatur a Salmant. quasi id teneat de Censur., disp. 20, sect. 1, n. 14.

^{d)} Pro hoc tantum ultimo distinctionis membro citantur Corduba, Navarrus, Sayrus, loquentes in generali.

^{e)} Potestas, tom. 2, n. 590 et seqq.; Bonacina, loc. cit., disp. 6, punct. 1, § 4, n. 4, v. Secundo, id non habent.

^{f)} Fagundez, de 2o praec. Eccl., lib. 4, cap. 3, n. 83, utramque opinionem probabilem esse pronuntiat.

^{g)} Megalius, part. 1, lib. 1, cap. 5, n. 14, id satis innuit, dicendo esse denuntiandos, quando confessarii essent de tali delicto quomodolibet diffamati^{a)}.

^{h)} De Bañez, vide notam b ad num. praec.

ⁱ⁾ Filliuccius, tr. 14, cap. 2, loquitur de excommunicationibus quae feruntur ad de-

nuntianda crimina occulta et revelanda secreta^{a)}. Et n. 31: «Si quis sciat esse aliquem haereticum occultum, aut seditionis, aut proditorum, vel similem hostem reipublicae», tenetur illum denuntiare sub excommunicatione, si ita praecipiatur.

^{j)} Bordonus dicit praescribi per quinquennium favore denuntiantium.

^{k)} Fragosus citatur utique hic a Salmant.; sed, Regim. reipubl. christ., part. 2, lib. 5, disp. 14, § 1, n. 11, etsi ita docet, attamen cum hac limitatione: «Nisi criminosis is eset hujusmodi sollicitationibus assuetus, et ad eadem crima iteranda preparatus; tunc praemissa correctione fraterna, si post illam non operetur emenda, denuntietur».

^{l)} Gaspar Hurtadus, de Justit. et Jure, de Judicio forensi, disp. 2, diff. 7, habet tantum

ajunt^{c)}, si sollicitatio sit manifestata ad petendum consilium; nam propalatio secreti esset tunc contra humanum commercium, et etiam contra publicum bonum, quod certe in consiliis expetendis intervenit.

699. - Quaeritur 5°. *An mulier sollicitata teneatur denuntiare per epistolam vel medium personam, si nequeat per se ipsam?* — Si non possit personaliter adire episcopum ob aegritudinem, clausuram, aliudve impedimentum physicum vel morale, non tenetur quidem per seipsam ad denuntiandum. Vide Potestā¹ et Mazzotta².

Dubium fit: *an haec teneatur denuntiare per epistolam aut internuntium?*

Videtur negandum, ex prolatiis n. 563, *Dubī. 3*, ubi diximus quod habens peccatum reservatum non tenetur petere licentiam a superiore per litteras vel medium personam, si non possit illum adire. — Sed in casu nostro, verius affirmandum cum Viva³, Mazzotta⁴, Salmant.⁵ et Roncaglia⁶. — Dispar enim est ratio inter petitionem absolutionis a reservatis, et denuntiationem sollicitationis. Nam ibi obligatio est sistendi apud superiorem, ut poenitens recipiat ab eo una cum absolutione etiam debita monita et poenitentiam; unde qui non potest adire per se, non tenetur per alium. Obligatio autem denuntiandi sollicitantem, non tam est adeundi personaliter superiore, quam deferendi sive indicandi ei delinquentem

¹ Tom. 2, part. 3, n. 643. — ² Tr. 6, disp. 2, qu. 2, cap. 4, n. 6, qu. 2, resp. 2. — ³ In propos. 7 Alex. VII, n. 8, v. *Dicendum*. — ⁴ Loc. cit., cap. 4, n. 6, qu. 2, resp. 2. — ⁵ Tr. 21, cap. 4, n. 109. — ⁶ Tr. 19, qu. 8, cap. 2, qu. 5, resp. 2.

ultimum membrum distinctionis, sicut Joannes Sanchez, *disp. 11, n. 57*, qui proinde non satis accurate citantur ab Escobar.

c) Palau et Diana hoc ultimum membrum silentio praeterirent.

699. - a) Viva et Tamburinius loquuntur de onere deferendi denuntiationem; Roncaglia, de onere eamdem excipiendi. — De hac re loquitur jam pluries laudata Instr. S. Off. de die 20 Februar. 1866, n. 7: « Denuntiationis onus est personale et ab ipsa persona sollicitata adimplendum. Verum si gravissimis difficultatibus impeditatur quomodo hoc perficere ipsa possit, tunc vel per se, vel per epistolam, vel per aliam personam sibi benevisam,

(ut loquitur Benedictus XIV in sua bulla): quae delatio, si ab aliquo nequit fieri per se, saltem est facienda (modo absit periculum propriae infamiae) per epistolam vel aliam personam, vel monendo judicem ut mittat notarium in domum suam: qui enim tenetur ad finem, tenetur etiam ad media.

Advertunt hic Viva¹, Tamburinius² et Roncaglia³ in praxi non expedire quod confessarius assumat in se hoc onus deferendi denuntiationem vice poenitentis, vel eam excipiendi^{a)}; quia sic non paucis detractionibus et periculis exponeretur.

Et tanto minus ad id tenetur. Unde non mihi videtur probabile id quod scribit Pater Mazzotta⁴, ubi dicit quod si poenitens non posset per alium facere denuntiationem, tenetur confessarius vices poenitentis supplere, si ille per alium non posset denuntiare; quia, ut ait, agitur de causa fidei. Sed haec ratio tam concise producta non convincit. — Addit quod hoc eruitur ex quadam epistola S. C. Inquisit. ad archiepiscopum Mediolanensem, annuente Urbano VIII, anno 1624 (apud Diana), ubi mandatum fuit quod, cum quaedam femina sollicitata adduci non potuisset ad denuntiandum, episcopus facultatem tribuisse confessario denuntiationem excipiendi. Ex hac autem epistola nihil probatur: nam primo, hoc decretum fuit particolare pro illo casu^{b)}; deinde minime ex illa eruitur haec obligatio generaliter confessarii imposita fuisse. Hinc

Bened. XIV, bulla *Sacramentum*, § 2. — ¹ Loc. cit., v. *Quod attinet*. — ² Method. Confess., lib. 3, cap. 9, § 4, n. 13. — ³ Loc. cit., cap. 2, reg. in praxi, n. 6. — ⁴ Loc. cit. — *Diana*, part. 4, tr. 5, resol. 81.

suum adeat Ordinarium, vel sanctam Sedem per sacram Poenitentiam vel etiam per hanc Supremam Inquisitionem, expositis omnibus circumstantiis, et deinde se gerat juxta instructionem quam erit acceptura. Si vero necessitas urgeat, se gerat juxta consilia et monita sui confessarii. At si nullo impedimento detenta, denuntiationem omnino renuat, in hoc casu aliquis supra memoratis, laudandus est confessarius qui operam suam poenitenti non denegaverit, et vel Ordinarium vel Sanctam Sedem pro opportuni providentis consuluerit, suppresso tamen poenitentis nomine^{c)}. b) Ex textu tamen hujus epistolae, satis videtur esse instructio generalis.

Non expedit, confessarium onus denuntiandi suscipere.

Multo minus ad id tenetur confessarius.

Consentientis sollicitationi, juxta alios, non tenetur denuntiare.

non tenemur interim, donec constet de hoc pracepto, recedere a communi doctorum sententia et ab universalis sensu ac usu omnium confessariorum, qui hanc onerosissimam obligationem non agnoscunt. — Caeterum, non negamus cum

Limitatio.

Viva¹ et Tamburinio quod in aliquo casu (puta si alicubi publicum imminaret damnum, nec alia pateret via ad illud vitandum) posset confessarius obligari ex lege caritatis ad hujusmodi onus suscipiendum; sed hoc raro accidet.

Dicunt autem Delbene^{c)} et auctor *Istruz.*, etc.², quod si femina multum repugnet adire Inquisidores, poterit exceptare confessarium, qui pro ipsa denuntiationem deferat; quia pracepta positiva non obligant ad rem nimis arduam. — Item notat Mazzotta³, quod in decreto Sacrae Inquisitionis mox supra enuntiatio insuper dictum fuit quod, si neque apud ipsum confessarium possit poenitens induci ad denuntiandum, tunc recurritur ad S. Sedem pro opportuno remedio, et interim non absolvatur. Dicit autem Mazzotta, aliquando S. Sedem in casu magnae verecundiae et panici timoris rescrispisse, dando facultatem confessario absolvendi pro ea vice poenitentem citra onus denuntiandi.

700. - Quaeritur 6°. *An mulier teneatur denuntiare confessarium sollicitantem cui ipsa consentit?*

Negarunt Suarez^{a)}, Megalius^{a)} et alii, apud Salmant.⁴ Quia nemo obligari potest ad suum crimen manifestandum; ut dicunt Salmant.⁵ cum Suarez, Cajetano,

Trullench et Diana^{b)}, ex regula juris in can. *Quis aliquando, de poenit., dist. 1*, ubi dicitur: *Non... dico ut te prodas*. Nequit autem quis manifestare complicem, quin se ipsum prodat; et ideo ajunt Salmant.⁶ non esse obligationem denuntiandi solum haereticum.

Recte vero dicunt mulierem hanc teneri ad denuntiationem Salmant.⁷ cum Bonacina, Trullench, Peyrino et aliis plurimis; hocque hodie definitum est a nostro Summo Pontifice Benedicto XIV in citata bulla *Sacramentum*, ubi praecipit fieri denuntiatio, etiamsi *poenitens consenserit*. — Ratio est, quia mulier in hoc casu citra periculum suae famae potest denuntiare sollicitantem quin seipsam manifestet: dum ipsa, etiam interrogata, potest negare proprium consensum, et quidquid inde secutum fuerit; ut habetur ex decreto S. Inquisitionis (apud Pittonium⁸), edito 27 Sept. 1624, ubi dictum fuit: *Si mulier consentiat confessario sollicitanti..., non tenetur tamen proprium consensum manifestare, nec potest super hoc ab episcopo... interrogari*.

701. - Quaeritur 7°. *An teneatur poenitens denuntiare sollicitantem, si per correctionem sit moralis spes ejus emendacionis?*

Prima sententia negat; et hanc docuit S. Thomas⁹, ubi dicit: *Si haereticus privatim homines a fide avertat..., oportet statim procedere ad denuntiationem... nisi forte aliquis firmiter aestimaret quod statim per secretam admonitionem posset hujusmodi mala impedire*. Eum secuti-

¹ In propos. 7 Alex. VII, n. 8. — ² Tambur., Method. Confess., lib. 3, cap. 9, § 4, n. 18. — ³ Part. 2, cap. 14, n. 280. — ⁴ Tr. 6, disp. 2, qu. 2, cap. 4, n. 6, qu. 2, resp. 2. — ⁵ Massott., loc. cit. — ⁶ Tr. 21, cap. 4, n. 65. — ⁷ Loc. cit., cap. 3, n. 104. — ⁸ Suar., de Fide, disp. 20, sect. 4, n. 18. — ⁹ Cajetan., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 70, art. 1. — *Trull.*, Decal., lib. 1, cap. 2, dub. 6, n. 4. — ¹⁰ Loc. cit., cap. 3, n. 104. — ¹¹ Loc. cit., cap. 4, n. 66 et 67. — ¹² Bonac., disp. 6, de Oblig. et Onere denunt., punct. 3, n. 10. — ¹³ Trull., Decal., lib. 1, cap. 3, dub. 18, n. 35. — ¹⁴ Peyrin., tom. 2, in const. 4 Gregorii XV, n. 12. — ¹⁵ De Confessar., n. 694. — ¹⁶ 2^{am} 2^{ae}, qu. 33, art. 7, corp.

familiari Inquisitionis, vel « stando consilio alicujus viri docti; quia sic faciens, facit quantum in se est ».

700. - a) Suarez, de Fide, disp. 20, sect. 4, n. 18; Megalius, part. 1, lib. 1, cap. 5, n. 30, non loquuntur de praesenti casu, et in universum negant aliquem teneri ad seipsum accusandum.

b) Diana, part. 1, tr. 4, resol. 8, recitative tantum hanc sententiam afferit.

Omnino tenetur.

Spes emendationis ex correctione excusat a denuntiando, juxta alios.

sunt Sotus, Canus, Ledesma, Palaus, Lugo, Silvester, etc., apud Salmant.¹ — Et signanter de crimine sollicitationis, hanc sententiam tutati sunt^{a)} Fagundez, Peyrinus et alii, apud Diana².

Verum secunda sententia affirmit; et hanc tenent Mazzotta³, Concina⁴; et Salmant.⁵ cum Azor^{b)}, Sanchez, Diana, Leandro et aliis pluribus. — Et haec omnino hodie tenenda est post decretum Alexandri VII editum 8 Julii 1660 (relatum per

extensem apud Salmant.⁶), ubi declaratum fuit: *Etiamsi nulla fraterna correctio vel alia monitio praemissa fuerit, omnino teneri... (fideles) ad denuntiandum... quos noverint esse de fide quomodolibet, etiam leviter suspectos, prout sunt confessarii sollicitantes; ut communiter docent Diana⁷, Bonacina⁸; et Escobar⁹ cum Trulench, da Cunha, Menochio^{c)}, etc. Dicendo ergo Pontifex *etiamsi, etc.*, supponit denuntiationem semper esse faciendam.*

§ IV.

De Sollicitationibus dubiis.

702. *Qu. 1. An denuntiandus sit confessarius in dubio an vere sollicitaverit. Quid, si accedit vehementia indicia de sollicitatione. — 703. Qu. 2. An denuntiandus confessarius qui laudat mulierem de pulcritudine. Vel, qui dat ei magnum donum. — 704. Expenduntur varii casus peculiares sollicitationis. — 705. De poenis sollicitatum, et signanter de poena inhabilitationis ad celebrandum; an haec incurritur ante sententiam. Et an ab illa excusentur ignorantes. Et an episcopi possint in ea dispensare.*

702. — Quaeritur 1^o. *An denuntiandus sit confessarius in dubio an sollicitaverit?* — Distinguendum est:

Si factum vel dictum sit vera sollicitatio, et tantum dubitatur an ille vel alias confessarius id egerit vel dixerit; tunc recte dicunt Salmant.¹⁰ cum Sousa et Hurtado eum denuntiandum esse. Quia, dum crimen est certum, rite judices procedere possunt ad inquirendam personam de qua dubium vertit. — Hoc tamen censio dicendum solo casu quo facile judices

per suam diligentiam certi fieri possint de persona sollicitantis; quia alias sacerdos ille, cum possit esse innocens, remuneret aliquo modo diffamatus, et in dubio illaesa debet servari fama proximi qui eam possidet.

Si vero persona confessarii sit certa, et dubitatur an ejus factum vel dictum fuerit vera sollicitatio; tunc cum communiori et veriori sententia dicendum non esse obligationem denuntiandi. Ita Bonacina^{a)}, Roncaglia¹¹, Concina¹²; Bordonus,

Si confessarius sit certus, et sollicitatio dubia, verius non denuntiandus.

Sotus, de Just., lib. 5, qu. 5, art. 1, v. *Ethinc sumenda*. — Canus, de Locis theol., lib. 12, cap. 7, v. f., § *Ad Chrysostomus*. — Petr. Ledesm., Sum., part. 2, tract. 4, cap. 4, concl. 24, dub. 2, v. *Dico I. - Palaus*, tr. 4, disp. 9, punct. 10, n. 2. — Lugo de Just. et Jure, disp. 88, sect. 2, n. 18. — Silvest., v. *Correctio*, qu. 5. — ¹ Tr. 21, cap. 4, n. 96. — *Fagund.*, de 2^o praec. Eccl., lib. 4, cap. 3, n. 31 (edit. 1626). — *Peyrin.*, loc. cit., n. 26. — ² Part. 1, tr. 4, resol. 2. — ³ Loc. cit., cap. 4, n. 6, v. *Quaeres*. — ⁴ Lib. 2, diss. 3, cap. 13, n. 17. — ⁵ Loc. cit., n. 99. — *Joan. Sanch.*, Select. disp. 11, n. 56. — *Diana*, loc. cit., resol. 2; et part. 4, tr. 5, resol. 24. —

701. — a) Et pariter Palaus et Ledesma locis cit. — At Palaus, loc. cit.; Peyrinus, tom. I, qu. 1, cap. 16, § 2, i. f., dicunt raro posse sperari ejusmodi emendationem, proindeque raro cessare denuntiandi obligationem.

b) Azor, part. 1, lib. 8, cap. 19, qu. 9, loquitur de denuntiatione haeretici.

c) Menochius male citatur ab Escobar; nam de Arbitrar. judic. centur. 4, cas. 372, n. 14 et 15, solum habet quod suspectus de

haeresi abjurare debet; et pro hoc tantum dicto a Bonacina (ex quo Escobar allegationem desumpsit) citatur.

702. — a) Bonacina, loc. cit., punct. 3, n. 5, oppositum tenet dicens: «In dubio autem an confessarius ea verba protulerit animo allisciendi et provocandi vel ad alium finem, probabiliter praesumendum videtur protulisse animo provocandi..., quamquam oppositum probabiliter a nonnullis doctoribus existima-

apud Potestà¹; auctor *Istruz. etc.*² cum Bossio^{a)}; et Salmant.³ cum Valentino, Hurtado et Salas^{b)}; contra Sousa et Peyrinus, apud Diana⁴. — Ratio: tum quia dubia in meliore partem accipienda sunt, et in verbis ambiguis benignior interpretatio facienda est; ut dicunt Bonacina^{a)} et Menochius et Riminaldus, apud Roncaglia, ex *cap. fin. de transact.*; et *reg. juris* 49, in 6^o, ubi: *In poenis benignior est interpretatio facienda*. Tum quia in dubio nemo est privandus fama quam possidet. Tum quia bullae praecipiunt denuntiari sollicitantes: sed nequit dici sollicitans, de quo dubitatur an vere sollicitaverit; nam crimen dubium non est crimen, ut docent Sanchez⁵ et Suarez⁶. — Nec obstat dicere quod ex decreto Alexandri VII sunt denuntiandi etiam leviter suspecti de haeresi. Nam rō leviter non jam refertur ad suspicionem, sed ad haeresim, de qua potest quis vel leviter vel vehementer esse suspectus.

Excipiendum tamen est 1^o. cum Con-

¹ Tom. 2, n. 576. — ² Part. 2, cap. 14, n. 287. — ³ Tr. 21, cap. 4, n. 94. — *Valentin.*, Conscient. forum, tr. 2, cap. 8, § 10, punct. 4, num. 321. — *Hurtad.*, tr. 4, cap. 8, resol. 62, § 2, n. 868. — *Sousa*, de Sollicitant., tr. 2, cap. 4, n. 9 et 16; Aphorism., lib. 1, cap. 34, num. 54. — *Peyrin.*, tom. 2, in const. 4 Gregorii XV, n. 21, v. f. — ⁴ Part. 4, tr. 5, resol. 25. — *Menoch.*, consil. 82, num. 17. — *Hippolyt.* Riminaldus, consil. 686, n. 68. — *Roncaglia*, tr. 19, qu. 8, cap. 1, qu. 4. — ⁵ Decal., lib. 1, cap. 10, n. 74. — ⁶ De Censur., disp. 40, num. 638.

cina⁷ et Roncaglia⁸ ex Peña^{c)}; et auctore *Instructionis*, etc.⁹ cum Bossio, si accedant indicia vehementia de sollicitatione. Nam, licet ista non sint omnino evidencia, tamen, cum tantum adsint ex una parte, satis fundant moralem certitudinem de sollicitatione. — Excipiendum 2^o. cum Bonacina^{a)}, qui citat da Cunha^{d)} et Sanctarellum^{d)}, si verba de se pree se ferant sollicitationem, et solum dubitatur an confessarius ad malum finem ea protulerit. Tunc enim praesumptio desumitur ex communiter accidentibus; praeterquam quod praesumptio ipsius finis est accipienda juxta proprietatem verborum: unde in cap. *Perniciosam, causa 18*, qu. 2, dicitur quod confabulatio cum femina in deteriore partem accipi solet^{e)}.

703. — Quaeritur 2^o. *An sit denuntiandus confessarius qui laudat mulierem de pulcritudine?*

Affirmant Potestas¹⁰, Bonacina, Tancredi et Peyrinus; item da Cunha, Barbosa et Sanctarellus, apud Escobar¹¹. Et

De confessario laudante pulcritudinem, distinguendum.

qui laudat feminam a pulcritudine, etc.; et dicit hunc esse denuntiandum etiam in dubio de intentione. — Et Rodericus da Cunha, qu. 7, n. 13 et seqq., de eodem casu loquens, dicit esse denuntiandum. — Idemque tenet Sanctarellus, de Haeresi, cap. 44, n. 9, « quando non leviter, sed prudenter judicatur hujusmodi verba vel signa tendere ad sollicitationem ».

e) Id profecto colligitur ex dicto canone; sed non reperitur in ejus textu. — Notandum praeterea quod huic secundae exceptioni limitationem ponit S. Alphonsus in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 180: « Secus autem, inquit, si in oppositum adesset praesumptio fraudis, puta si mulier aut ejus conjuncti cum confessario aliquam habuissent contentionem, aut si illa esset aliquantum mente hebes ». Denique ibidem S. Doctor de hujusmodi indicis addit: « In casu vero quo indicia alicuius essent momenti, licet non sufficientia ad certificandum denuntiationis debitum, convenire ut saltem certior fieret superior, ad hoc ut in posterum se dirigere possit ».

Nisi sint indicia vehementia.

Vel nisi verba de se sint sollicitantia.

^{a)} Ex Peña, qui scilicet, in *Comment. ad Director. Inquisit. Eymeric.*, comment. 111, v. *Verumtamen*, id habet loquens de verbo dubio in materia haeresis.

^{b)} Bonacina, loc. cit., n. 5, loquitur de eo

consentit Diana¹, si talis laudatio fiat sine aliqua occasione²; quia regulariter amasii feminas, ut allicant ad peccandum, de pulcritudine laudant. — Negant vero Freitas, Thomas Hurtadus, Escobar a Corro³ et Sousa⁴, apud Escobar⁵; quia is qui laudat mulierem de pulcritudine verbis decentibus, non dicitur cum illa habere tractatus in honestos. — Sed melius distinguit praefatus Escobar⁶, dicens quod si ex modo loquendi aut aliis circumstantiis dignoscitur confessarius laudare pulcritudinem ex pravo affectu, tunc est denuntiandus; secus, si laudaret ex quadam imprudentia vel animi levitate.

Asserit vero ut certum Potestas⁷ denuntiandum esse confessarium qui laudat, cum famula confite, pulcritudinem dominae, rogans eam ut dominae referat. Sed etiam in hoc casu dico perpendendas esse circumstantias: etsi facilius puto in hoc adesse indicium pravi animi alliciendi dominam illam ad turpem affectum. — Et idem dicunt doctores, si confessarius det poenitenti donum magni valoris, ut ait Diana⁸ cum Escobar⁹; vel insolitum, ut dicunt Salmant.¹⁰ cum Valentino¹¹,

Item, pro confessario faciente donum pretiosum.

¹ Part. 9, tr. 9, resol. 32. — *Freitas*, qu. 7, n. 44 et 45 (in noviss. edit.). — *Thom. Hurtad.*, tr. 4, cap. 8, resol. 23. — ² Lib. 47, n. 639. — ³ Loc. cit., n. 640. — ⁴ Tom. 2, n. 556. —

703. — ^{a)} Idemque habet Potestà. — Tancredi autem denuntiandum esse ait, si fiat tali modo talibusque circumstantiis ut advertatur animus libidinosus. — Et fere etiam Sanctarellus: vide notam d ad num. praecedentem. Unde tenet potius sententiam, quae S. Alphonsio melior videtur.

^{b)} Escobar a Corro, *de Confessar. sollicit.*, part. 1, qu. 3, § 2, n. 14 et seqq., negat confessarium istum esse denuntiandum per se seu ex natura rei; denuntiandum vero esse ait, si sit aliquid ex quo pravus confessarius animus demonstrari queat. Hinc pariter cum S. Alphonsio tenet.

^{c)} Sousa ab Escobar citatur ut qui negativam hanc sententiam probabilem existimet; et profecto in suis *Aphorism.*, lib. 1, cap. 34, n. 5, id videtur insinuare, eo quod dicit dumtaxat probabilius esse quod sit denuntiandus.

^{d)} Escobar a Corro, *de Confess. sollicitant.*, part. 1, qu. 4, § 2, n. 23, loquitur de *municipio*, quod negat per se sufficere ad constituant sollicitationem, nisi alia adjungantur indicia. Et pro hac opinione citatur a Diana.

De dono autem magni valoris, Escobar non

Hurtado^e, Prado^f, etc. Verumtamen Bordonus apud Diana inquit donum esse quid indifferens. Unde recte subdunt autores citati^g ejus malitiam conjiciendam esse ex adjunctis, nempe ex conditione poenitentis, ex quantitate et qualitate doni, et ex modo quo fit, etc.

Caeterum, juxta dicta in praecedenti Quaestione, quando verba vel facta sunt ambigua, confessarius non est denuntiandus, nisi de ejus pravo affectu moralis habeatur certitudo.

704. — Hic subduntur plures casus particulares, in quibus communius doctores censemunt denuntiandum esse confessarium:

¹ Si confessarius dicat poenitenti: *Tecum nuberem, si essem saecularis;* negat Bordonus apud Diana⁶ esse denuntiandum: quia verba haec non important peccatum mortale, sed tantum pudicum affectum indicant. — Probabilius vero affirmat Salmant.⁷ Potestas⁸ et Diana⁹; quia hujusmodi verba videntur maxime excitativa ad venerem, et cum sint ad confessionem impertinentia, merito sanguinis sollicitationem.

² Si dicat mulieri: *Memento mei, quia*

Quidam
casus parti-
culares.

⁵ Part. 9, tr. 9, resol. 34. — *Bordon.*, Tribunal, cap. 23, qu. 10, n. 61. — *Diana*, loc. cit. — *Bordon.*, loc. cit., qu. 3, n. 54. — ⁶ Loc. cit., resol. 32. — ⁷ Tr. 21, cap. 4, n. 34. — ⁸ Loc. cit., n. 558.

amplius citatur nisi pro ratione: prohiberi scilicet non solum apertam sollicitationem, sed etiam palliatam, tacite et amphibologice demonstratam; quod revera dicit, part. 1, qu. 3, § 2, n. 16.

^e Salmant., tr. 21, cap. 4, n. 34, dicunt id esse colligendum ex confessari intentione, et citant autores relatos. Atvero Valentinus, *Conscient. for.*, tr. 2, cap. 8, § 10, punct. 4, n. 334, non loquitur de hoc casu; Thom. Hurtadus, loc. cit., resol. 22, n. 219 et seqq., negat esse denuntiandum, etiamsi domi sollicitet, et dicat se domum dedisse ad alliciendum turpem amorem; Prado, cap. 10, qu. 2, § 3, n. 17, utramque sententiam refert tantum, nec dicit utram amplectatur.

^f Scilicet Salmant., Diana et Bordonus. Circumstantias vero quas S. Alphonsus vult esse attendandas, his verbis in *Hom. apost.*, tr. 16, n. 181, ita exponit: « V. g. si poenitens est pauper, si est conjuncta, si illa prius alio dono confessarium donavit, etc. ».

704. — ^{a)} Diana, loc. cit., resol. 32, videatur profecto tenere affirmativam; refert enim sententiam Bordoni negativam, et dicit: « Sed

te ex corde diligio. Ita Diana^b apud Potestà¹, cum Roncaglia²; at Bordonus excusat. — Hoc melius puto explorandum ex circumstantiis.

³ Si dicat: *Expecta me hodie domi tuae, quia habeo tecum loqui*: et postea domi tractet de in honestis; quia sollicitatio illa facta in domo dicitur moraliter facta in confessione. — Ita recte dicit Potestas³.

⁴ Si dicat: *Haec tua peccata cadere me fecerunt in pollutionem involuntariam;* tanto magis, si dicat *voluntariam*⁴). — Ita Potestas cum Bordono⁴, et Roncaglia⁵.

⁵ Si dicat: *Nolo te audire in confessione ne aliquid mihi contingat, quia amore tui captus sum*. Ita Potestas⁶: modo hoc dicat mulieri petenti confessionem; quia haec verba videntur esse provocativa ad in honesta, et proferuntur occasione confessionis. Et ita sentit Roncaglia⁷. — Idem putat Roncaglia, si dicat: *Totum me commoveri sentio ex affectu quo te prosequor*.

⁶ Si confessarius mulieri, asserenti tentationem turpem repulisse, dicat: *Sed si aliquis pecuniam dedisset, peccasses?* Affirmat Roncaglia esse denuntiandum, si mulierem postea affirmative respondentem non objurget; vel si objurget, et postea domi, oblatia pecunia, eam sollicitet. Et consentit Potestas⁸.

⁷ Si dicat: *Cur etiam tecum non es humana?* Vel dicat: *Veniam in domum, et promitte mihi facere quod volviro*. Vel mulieri confitei turpe desiderium⁹ dicat: *De hoc agemus post confessionem*. Ita Potestas⁹ cum Tancredi; quia verba haec sunt satis ostensiva intentionis in honestae. — Sed in his dico perpendendas

¹ Tom. 2, n. 558. — ² Tr. 19, qu. 8, cap. 2, reg. in praxi, n. 3. — ³ *Bordon.*, Tribunal, cap. 23, qu. 3, n. 54. — ⁴ Loc. cit., n. 559. — ⁵ Potestà, loc. cit., n. 560. — ⁶ *Tribun.*, cap. 23, qu. 3, n. 54. — ⁷ Loc. cit., reg. in praxi, n. 4. — ⁸ Tom. 2, n. 561. — ⁹ Tract. 19, qu. 8, cap. 2, reg. in praxi,

esse circumstantias; nam aliquando possunt non esse sollicitations.

⁸ Si suam concubinam objurget quod cum alio se immiscuerit: dummodo iudicio prudenti faciat dignoscere quod objurgatio procedat ex zelotypia. Ut etiam^e, si excedat in reprehendendo, addendo minas, injurias et similia: vel objurget tantum peccata commissa cum aliis, et non illa cum seipso; quia tunc ostendit amorem suum lascivum. — Ita Potestas¹⁰.

705. — Ultimo loco hic advertendum quod in bulla SS. nostri Pontificis Benedicti XIV, quae incipit: *In generali Congregatione*, sancitum habetur quod confessarii sollicitantes in actu sacramentalis confessionis, sive illius occasione aut praetextu..., praeter poenas a jure... inflictas, perpetuam etiam inhabilitationem incurvant ad... Sacrificii celebrationem. — Eademque poenam incurrint ex eodem decreto sacerdotes abutentes sacrificio Missae ad sortilegia.

Plura autem hic Dubia occurrunt: Dubitatur ¹. *An praedicta inhabilitas incurratur ante sententiam, saltem declaratoriam criminis?*

In praecedentie editione^a hujus operis affirmavi, eo quod poenae privativae quae important inhabilitationem ad aliquod jus acquirendum, vel cessationem a quadam jure jam acquisito utendo (ut communiter DD. docent), ordinarie ante sententiam incurrunt; juxta dicta *Lib. I*, n. 149, v. *Poenae*. — Attamen quidam probus religiosus, cum haec legisset apud meum Opus, scripsit mihi e Roma quod duo theologi S. C. Inquisitionis Romanae oppositum sentiebant, nempe requiri sententiam ad praefatam poenam incurrandam. Sub initio, ratio opinionis hujus mihi non

Non incur-
runt ante
sententiam.

tu cogita», et affert rationes quae hujus auctoris sententiam enervant.

^{b)} Diana, loc. cit., id non habet, nec videtur pro casu praesenti a Potestà citari.

^{c)} Solus Potestà loquitur de voluntaria pollutione in ipsa confessione habita; ceteri vero cum ipso Potestà, de involuntaria.

^{d)} Erga confessarium, ut explicat S. Doctor in *Hom. Apost.*, tr. 16, n. 182.

^{e)} Verbum « etiam » videtur delendum; nam apud Potestà exempla hic relata, ad hoc tantum referuntur, ut discerni queat objurgationem ex zelotypia procedere.

705. — ^{a)} Scilicet in secunda, anni 1753-1755.

Poenae
contra solli-
citantes.

occurrebat; sed postea, re sedulius perpensa, in hoc eodem meo Opere n. 148, observavi quod Suarez, Bonacina; Salmant. cum Tapia, Vasquez, Montesino, etc., *locis ibi citi*, quibus recenter consentit Eusebius Amort^{b)}, dicunt sententiam declaratoriam bene requiri etiam quoad poenas privativas sive inhabilitantes, casu quo reus non possit exsequi poenam sine propria infamia: prout ordinarie in nostro casu eveniret, si sacerdos sollicitans deberet per longum tempus se abstinere a celebrando. Dico: *per longum tempus*; nam si de brevi super dictam inhabilitationem posset impetrare dispensationem, et interim sine sua infamia celebrationem intermittere, tenetur ab ea abstinere^{c)}.

Dubitatur 2º. *An ab hac inhabilitate excusat ignorantia invincibilis?*

In hoc Dubio mihi videtur posse id probabiliter affirmari; juxta ea quae dicuntur infra de irregularitate ex delicto, Lib. VII, n. 351, v. Secunda. — Ubi dicunt Navarrus, Silvester, Sanchez, Castro-

Ignorantia invincibilis ab eis probabilitate excusat.

palaus, Roncaglia et alii plures, quod ad incurrendam irregularitatem ex delicto requiritur scientia irregularitatis quae incurritur. Quia, licet irregularitas non sit censura (a qua excusat equidem ignorantia invincibilis), sed impedimentum; tamen talis irregularitas ex delicto est vere poena, aut saltem habet rationem poenae: ad quam incurrendam, cum sit poena extraordinaria et exorbitans, ita ut secundum rei naturam non possit praevideri, illius scientia requiritur.

Et idem posse dici videtur in nostro casu, de inhabilitate celebrandi, quae est procul dubio imposta in poenam sollicitationis.

Dubitatur 3º. *An in hac inhabilitate possit episcopus dispensare?* — Vide dicenda Lib. VII, n. 353, ubi dicetur quod episcopi, ex Tridentino¹, possunt dispensare in omnibus irregularitatibus provenientibus ex delicto^{d)}, et non deducto ad forum contentiosum; excepto homicidio voluntario et directe volito.

¹ Sess. 24, de reform., cap. 6, *Liceat*.

^{b)} Id apud Amort reperire nequivi.

^{c)} Atvero in Instructione S. Offic. de die 20 Februar 1866, n. 12, habetur: « Notandum est poenas hujusmodi [contra sollicitantes] omnes et ipsam inhabilitatem ad sacrosanctae Missae sacrificium celebrandum, in decreto Benedicti XIV, die 5 Aug. 1745 prae-

scriptam, esse *tantum ferendae sententiae*». Proinde omnino evanescit dubium quod hic movetur, utrum nempe incurvantur istae poenae ante vel post sententiam, sicut pariter dubium de potestate episcopi dispensandi in hac inhabilitate.

^{d)} « Occulto ».